

IV. *Causæ Conclusio* (q)

stare, & is exinde controversiam certâ sententiâ terminare possit *Arg. L. 24. ff. de Test. milit.* posterior de Jure scilicet disceptatio etiam si omitti possit eum non solum Judex scientiâ Juris pollere debeat *Cap. 10. X de Verb. signif.* Verum etiam tanquam vir bonus & justus Jura in genere seu Thesi posita ad hypothesein seu speciem facti juxta ejus circumstantias accommodare & moderari sciat *L. 13. ff. de legib. L. 68. ff. de Reg. Jur.* ut hinc *Mynsing. Cent. 5. Obs. 88.* in Curia Gallia saluberrime receptum esse putet, quod advocatis in patrocinii Causarum allegationes & disputationes Jurium plane prohibita sint & simpliciter eis dictum: *Venite ad factum, Curia jus intelligi;* tamen ad Judicem melius Informandum & in Jure confirmandum disceptatio super quaestione Juris in dicalsteriis & Camera imperiali recepta optimo Jure servatur, dummodo & hic Advocatus legitimos non excedat terminos, & uno vel altero Authore citato, aut lege in terminis allegata conquiescat *L. 29. ff. ad leg. Corn. de fals.* nam allegationum accumulatio ad nil aliud conducit nisi quod nauseam faciat judici, processum probrabat & stultitiâ advocati prodat *Carpzov. Jur. for. Part. 1. Const. 1. Def. 4. Nro 5.* Idcirco Advocatus prudens & peritus scit brevibus plurima complecti; Imperitus verò & imprudens Rabula forensis scripta tritis complet brocardicis, authores quos nunquam vidit vel legit, allegat, aliorum tantum fide nititur, & hos perperam sæpe exscribit *de Ludolff in Comment systemat. pag. 280. Nro 22.*

(q) in facti & Juris disceptatione partes litigantes hinc inde oppositis exceptionibus, replicis, duplicis, & in Casu superius ex ordinatione citato triplicis ac quadruplicis ad Causæ, conclusionem procedunt, quam Advocatus pro cliente suo vel in scriptis vel vivâ Voce proponit *Ordin. Camer. Tit. 21.* idque communiter, adjecta clausulâ *niss Kläger hiermit zu einem obfieglichen Urtheil/ so Neuerung unterbleibet/ im Rahmen Gottes beschlossen und submittiret haben/* cujus Vigore, si pars altera novi quicquam in facto consistens & hæctenus non adductum proferat, conclusio rescinditur, & partes ad ulteriorem facti probationem, quæ regulariter post conclusionem non toleratur *Cap. pastoralis de Caus. possession* admittuntur. Sæpe se habet si quid novi ex Jure proferatur, de hoc enim constare debet judici, ut hinc responsi one partis non sit opus *Sichardi in Jubemus C. de Judic. authentic. Nro Brannem proc. C. 26. Nro 6.* & quamvis ex sententia